

AB

9
51 17
K,40

OTT. W.



PASSIO
DOCTORIS MARTINI
LVTHERI SECVN
DVM MARCEL
LVM.



DIALOGVS
KARSTHANS ET
KEGELHANS.

Hc 970 ⁽ⁱⁱ⁾

OPERA
DOCTORIS MARIANI
LAVINII
1833. M. 170
LXXI

OPERA
DOCTORIS MARIANI
LAVINII

L 2, 2447

PASSIO LUTHERI.



GRESSVS est Lutherus trans flumē Rhe-
num cum discipulis su-
is. Et intravit Vuorma-
tlam. Vbi habebat Co-
mītia Cæsar. Scientes
autem aduenisse eum : prīcipes sacer-
dotum & pharisei : congregati sunt ina-
trium præfuli Mogūtinensis : qui dīci-
tur Cayphas. Et consilium interunt cum
Legisperitis : ut non seruaretur ei saluus
conductus : sed eum dolo tenerent & com-
burerēt. Dicebant enim : hæreticus est : nō
potest ei dari liber commeatus : sed debet
capi & occidi : non autem diebus comiti-
alibus : ne forte fieret tumultus in populo.
Cum autem esset Lutherus in domo Cō-
mēdatarii sancti Ioannis : miserunt ad eū
ministri pontificis, Caractiolus pedico &
Aleāder Iudæus : qui sub osculo pacis uo-
lebat eū tradere. Lutherus asit scīes om-
nia que uentura erāt super eum : processit
& dīxit : quem quærītis. Respōderunt ei :
doctorein Lutherū : dīxit Lutherus. Ego
sum : ut autem dīxit Lutherus : Ego sum

A II

P A S S I O

quæsiuerūt an uelit ire ad Caractiolū & Aleandrum Iudæum: uel ipsi ultro ad eū uenirent. Quibus respondit Lutherus: Cottidie sui docēs in templis & non me quæsiuerunt. Nunc autem cum eis loqui nolo: quoniam per me excōmunicati sunt: nisi uelint publica disputatione mecum cōcertare: Hoc ut illi audierunt: abierunt retrorsum & ceciderūt in terram. Tunc abiit unus de aula prætoris: q̄ dicebatur Capra ad prīcipes sacerdotum & papistas: & ait illis. Quid uultis mihi dare: & ego uobis eū tradam. Et illi constituerunt eī magnā ducatorum summā: una cum certis mag'nis p̄bendis: prælaturis & dignitatib⁹: p̄ suo nepote: qui & tradidit eū. Circa autē tertiam horam accesserūt ad Lutherum: discipuli eius dicentes. Qua hora uis paremus tibi cœnam: ait Luther⁹: dices: quinta: & fecerunt discipuli sicut cōstituit illis Lutherus: & parauerūt cœnā: uespere autem facto: discumbebat Lutherus cum discipulis & amicis: & edentibus illis: dixit: Amē dico uobis: multi sūt in hacciuitate qui pro pecunia me tradituri sunt: & ue-

L V T H E R I.

Strum multi scandalum in me paciemini
Scriptum est enim: percutiam pastorem &
dispergent oves gregis: Respondens autem
vnus: dixit: & si oes in te scandalizati fuerint:
nug tamquam scandalizabitur Saxus: ait
illi Lutherus: Amen dico uobis: an duos
dies ter me negabit: at illi dixerunt: etiam si
oportuerit nos tecum moriri: non te negabimus.
Lutherus autem dixit: uos eritis me
cum in tribulationibus: sed usque ad aras. Al
tera autem die circa horam quartam: eo cum disci
pulis suis loquente. Ecce dominus de Papen
heym uenit: cum eo turba multa cum gla
diis & fustibus: missus a ptore & principi
bus imperii: & duxerunt Lutherum ad præ
torium. Et ipsi papistæ non introierunt præ
torium: ut Lutherus causam disputandi cum
ipsis non haberet. Sed ut absque iusta causa
condemnaretur. Erat etiam ibi Annas Gur
censius Cardinalis: sed & Moguntinensis.
Erat autem Annas quod dederat consilium: quia
expedit unum hominem moriri pro papis
tis: ne inequitiae eorum manifestarentur:
Et ne Romana inequitia deficeret. Saxus
uero sequebatur tarde: & uenit in ptorium.

a iii

P A S S I O

Et ingressus intra sedebat cū reliquis ut
uideret finem. Príncipes aut̄ sacerdotū &
papistæ quærebant falsum testimoniū cō
tra Lutherū: ut eum condemnaret & igni
traderent: & nō inuenerūt. Cum autē mul
ti testes falsi accessisset. Nouissime autem
illi duo nugigeruli: Ioānes Rabula: & Io
annes ab eck officialis Treuerensis: & dixe
rūt. Hic dixit Cōciliū Cōstatiense errasse
& Papam Antichristū: qui tamē peccare
nō potest. Et surgens Cayphas Mogunti
nēsis presul: ait illi. Quid respōdes ad ea
quæ isti aduersus te testificantur? Adiuro te
per deum uiuum. Confitere uera esse: Lu
therus autem incōsternate respondit: Tu
dixisti: ueruntamē dico uobis: possum
sacrī Euangeliū testimonio probare quid
qd a me librīs æditīs scriptum est. Et nū
si cōnuict⁹ sacrī līfis aut euidenti ratiōe:
non reuocabo. Si male locutus sum: testi
moniū phibeant de malo: doceā melius:
paratus sum em̄ ipse libros meos igni tra
dere. Si aut̄ bene: Cur me cædūt. Cur nō
audiunt. Cur nō respondēt? Tunc Mogū
tinensis Cayphas excandescens dixit bla

L V T H E R I.

sphēault: qd ad huc egerū testibus: Ecce
nunc audistis blasphemiam. Quid uobis ui-
derur? At illi simul respondentes dixerūt.
Reus est mortis: tunc expuerunt in terrā
& nolebat eū amplius audire: quia sibi cō-
tradicere nō poterat. Alii autem clamabant
dæmonium habet. Saxus autem sedebat cū
aliis: & accessit ad eum presul Leodien-
sis & dixit: Et tu Lutheranus es? At ille ne-
gauit coram omnibus: dicēs. Nescio qd
dicis. Exeunte autem illo ianuā: uidit eū Car-
dinalis Sedonensis & ait hīs q̄ erāt ibi. Et
hic Lutherum nutrit in patria sua: At ille
negauit corā omnibus: dicens. Nescio ho-
mīnē hanc: & post pusillum accesserūt q̄
stabant & dixerūt Saxo: uere & tu Luthe-
ranus es: Nam & uerba tua sāpete mani-
festat. Tunc cepit asserere: alia semper ha-
buisse negotia: q̄ ut homīnem curasset. Et
continuo factus est uespe & mane dies se-
cundus. Et recordat, est Saxus uerbi illi,
quod dixerat anteduos dies: ter me nega-
bit. Et egressus foras dixit: q̄ cōtra oēm
hoīem uelit eū defendere. Mane autem factō
consilium inierunt omnes prīncipes sacer-

A iiiii

P A S S I O

dotū & papistæ aduersus Luthersū: ut eum
igni traderent. Et adduxerunt eum & tra-
diderūt Treuerensi p̄suli. Lutherus aut̄ s̄tē
tit ante p̄fidē: & interrogauit eum p̄sul: dī-
cens. Tu es Euāgeliī doctor & ueritatis:
Et dixit Lutherus. A te met ip̄o hæc dīcis
an Romanistæ tibi dixerunt de me: dīxit
pr̄sul. Nungd Romanista ego sum: ipsi
qui non possunt pati ueritatem Euāgelī-
cā: & dicta Pauli: te mihi tradiderūt. qd
fecisti! Lutherus sane Christiane respōdit
Scripta mea nō sunt de hoc mūdo. sed ex
deo. Si papistæ considerarēt euangelicā
veritatē & dicta Pauli: tibi per eos nō fuīs-
sem traditus. Ait Treuerñ. presul. Ergo
doctor Euāgelicæ veritatis: & sancti Pau-
li es tu! Respōdit Luther⁹. Tu dīcis: Ego
enī ad hoc natus sum: & in mundū uenī-
uit uerba Euāgeliī & sancti Pauli ad pri-
stinū & uerum intellectum restaurare de-
beam. Cum per papistas sint in eorū fauo-
rem & utilitatē romāæ curiæ huc usq; de-
torta: in maximum p̄iudiciū & incomodū
Germanicæ nationis. Si enī germanica
natio uerba mea audierit: & fūauerit: L.

L V T H E R I.

berabit e faucibus romanistarū & curtisā
nor̄. Et cū accusareſ a príncipib⁹ ſacerdo
tū & romanistaꝝ: nihil niſi christiane re
ſpondebat. Tunc dixit ei Treuīr. Nō uis
cōmittere ſcripta tua Iudicio Cæſaris &
pcerū! Luther⁹ aut̄ ita ad oīa respōdebat
ut mirareſ vehemēter presul Treuerensis.
Et dixit ad Lutherum. Quid eſt nequitia
Romanistarū & papistarū. Et cū hocdix
iſſet: ex illa hora q̄rebat liberare eſi. Scie
bat enim q̄ p̄ inuidiam tradiderunt eum
príncipes ſacerdotū & papistæ. Et dixit
Treuīr. ep̄s. Ego nullā iuenio in eo cauſā
mortis: vultis dīmittam eſi. Et ipsi clama
bāt: nō. Si dīmittiſ iſte: tota Romana cu
ria una cſi papistis & curtisanis depaupa
biſ: Nō potest ulterius ſuſtineri Trīas ro
mana. Sed ēte aut̄ p̄tore pro tribunali: ue
nit ad eſi uxor eius: hoc eſt: germanica na
tio: dīces: nihil tibi & Iusto illi: qm̄ hac no
cte niulta paſſa ſum ppter eum. Et ſi com
buretur: tota Germanica libertas patereſ
propter eum. Príncipes aut̄ ſacerdotū &
papistæ ſuadebāt p̄tori: ut Lutherum pde
ret: dixit prætor, Quid faciā de hoīeuere

a v

P A S S I O

christiano docente ueram doctrinā Euā-
gelicam: uolente liberare nationē Germa-
nicam: a laqueis & retibus Romanistarū
& Curtisanorū. Dicunt omnes: comburat
Ait prætor: quid em̄ malī fecit? At illi ma-
gis clamabant dicentes: comburatur: cō-
burat. Attende tu. Si hunc dimittis nō es
amicus romanī pontificis: ip̄e tibi p̄stabat
auxiliū cōtra Galliā. Præterea legē habe-
mus & scđm legē debet mori: quia scrip-
sit negotias Romanī Antichristi & om̄im
Curtisanorū. Dixit illis prætor. Accipite
ergo eū uos: & secundū legem vestrā cō-
burite. At illi respōderūt. Nobis in īmpio
Germanico non licet interficere quēq;. Si
cū haberemus Romæ: possem⁹ est facile
intoxicare. Tunc uideſ prætor: quia nihil
pſiceret: sed magis tumult⁹ fieret in popu-
lo: hoc est in Romanistas: q̄a magnā ex-
posuerūt pecunia: præposituras & alias
dignitates. Accepta aqua lauit man⁹ suas
corā populo dicens: Innocens sum ego: a
sanguine uere christiani hui⁹: uos uidebi-
tis. Et respōdit uniuersus clerus: & Roma-
nistæ dícētes. Sanguis eius sup nos & cur-

L V T H E R I.

fanos nfos. Tunc p̄tor tradidit eis libros Lutheri ut cōbureretur. Sacerdotes aut̄ acceperūt eos. Et postq̄ abscessissent om̄nes pr̄incipes & uniuersus populus a co- miciis: construxerūt ingētem pīram ante atrium pōtificis: ubi cōbusserūt libros: & imposuerūt sup caput Imaginis Lutheri causā ipsius scriptam. **HIC EST MARTINVS LVTHERVVS DOCTOR EVANGELII:** & id fecit qdā de ordīe p̄dicator̄ & secta Bernensiū & hereticor̄. Et cōbusti sunt cū eo duo alii doctores: Hutenus & Carolstadi: vnus a dextris & aliis a sinistris. Imago aut̄ Lutheri nullo mō potuit cōburi: donec milites plectē- tes eā: Imposuerūt illā in uase pīceato ubi igne cōsumpta est: & itenues euasit fauī- las. Comes aut̄ quidā uīsis hīs: quā fiebāt miratus est ualde: dicens, Vere christianus est iste: & oīs turba quāe simul aderat: ui- dentes ea quāe fiebant reuertebant percu- tientes pectora sua. Altera autem die cō- uenerūt pr̄incipes sacerdotum & phariseū cum romanistis ad pr̄atorīū: dicentes: do- mine: recordati sumus: quia seductor ille

P A S S I O

dixit: se postmodū uelle grandiora scribere. Iube ergo p̄ totum imperiū custodiri: Ne librī eius uenales habeanſ: ne forte noūissimus error peior fiat priori. Ait illis prætor: habeatis uos custodam: Ite p̄hibete Bullata: sicut scitis p̄ uestrā falsam excōmunicationem. Ipsī autem abeuntes emiserūt horribilia mandata sub noīe romanī pōtificis: & prætoris quæ ipsi met ædiderūt ad libitum eorum. Quibus usq; in hodiernum dīem non obediuntur. Videbūt in quē trāſfixe rūt.

DIALOGVS

Karsthans & Kegelhans.

Kegelhans.

Vnde modo Karsthans: aut qua regione locorum
Hactenus ignaris latuisti rectus amicis?
Non modicus certe timor omnes cuperat: aut te
Vicatum hostili: aut alias immania passum,

Karsthans,

Ni uigil insidias cauissim: forte baratto
Carceris inclusus gemerē: uel mortuus essem:
Causa mihi tantum nocuit suscepta Lutheri.

Kegelhans.

Quapropter Karsthās dīc quæso? nā libet istuc
Scitari de te: & quodcumq; est dīcto: miror
Tam bona si potuit quicq; tibi causa nocere:

Karsthans.

Hoc ipsum in primis uel nobis obstitit: illa
Quod bona: nec facilis deuictu uisa Sophistis:
Qui uellent emptum precio qd' nequior esset.

Kegelhans.

Credo equidē: nā sunt tales quicunq; Sophistæ
Quos noui: ut causā uētris plus dogmate legis

Defensam cupiāt: Pereat scriptura: quid ad nos
Dum solito(dicunt)moderemur frena popelli:
Plebeioꝝ grauīs sit nostra crumenā labore:
Quid quod de uita clamant quæcumq; beata:
De morte æterna: de purgatorio: & Ipsiſis
De uitiis quicquid ſeu de uirtute: deceniꝝ
Præceptis iactant: nihil eſſe hæc omnia dicunt:
Sed tacite: ut nullus niſi conciſus audiat illa:
Quod facile hoc ſigno prudēs deprēderis uno:
Cum fas eſſe negant uesci tibi lacte uel ouo:
Carnibus hic ipſi tunc cōniectantur opimis.
In uenerem tragicē declamant: clunibus ipſi
Nec parcūt: fraudare uetant: fraudare laborāt,
Vim prohibeant aliis: nec tandem īferre uerent
Infirmis: ipſi pacem perferre grauati:
Quid dubitas ultra: cū dictis sancta reclament
Omnia: doctrinæ nec confona uita loquatur:
Ipsi aliud dicit: aliud ſub pectore condunt,

Karſthans.

Hem ſatis eſt Kegelhāſ: ne quī ſi audiat illo
De grege: qui ſcripta nobis a iudice dica
Illiſ obtorto trahat ad ſubſellia collo:
Dum licet ignoti tacite redeamus ad agros.

F I N I S.

**LVTHERVS PASSVS EST
SVB PAPISTIS: RESVR
REXIT IN PECTO
RIBVS CRISTI
ANIS.**



ТВЕРДЫХ ГЛАСОВ
ЯВЛЯЮЩИХСЯ СУЩЕСТВОВАНИЕМ
ОТДЕЛЬНОГО ЧЛЕНА
СЛОВА

AB: 51 $\frac{17}{K,40}$


(X197 7399)



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



PASSIO
DOCTORIS MARTINI
LVTHERI SECVN,
DVM MARCEL
LVM,

DIALOGVS
KARSTHANS ET
KEGELHANS.

Hc 970 (ii)